



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm  
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè  
Obeundum**

**Polanco, Juan-Alphonso de**

**[Köln], 1617**

Quid agendum, cum accedit quis ad morientem, qui parum iam mente  
valet. Capvt XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41600**

*sunt mo-  
menti,*

misericiordiæ Dei, & meritorum Christi, nec viderat de peccatis suis compunctus esse, dirigendus est, & admonendus, vt ita cõfidat in Dei misericordia, & Christi meritis (quod laudandum est) vt interim doleat de peccatis suis: & considerando, quòd tantam maiestatem, & bonitatem ingratiõ offenderit, humiliter & amanter sibi condonari supplicet, ad actus contritionis, vt 2 cap & alibi dicitur, est adiuuandus, vt vtrouis modo in spe excedere videatur.

*Quid agendum, cum accedit quis ad  
morientem, qui parum iam  
mente valet.*

C A P V T X V.

**C**VM is qui accedit ad iuuandum aliquem, qui morti vicinus creditur, inuenit eum parum mentis compotem, ad intelligenda quæ dicuntur, interroget (si nescit) eum qui vocauit, vel assistentes ei, an sacramenta sumpserit, & de rebus suis disposuerit: si omnia, quæ oportebat iam fecit, quæ in 19 cap. dicuntur fieri possunt. Quod si constiterit ipsum nihil tale fecisse, (vt accidit ijs, qui nimis expectant, vel qui aliquo  
more

morbo op-  
tem eripit  
sine ipso  
prædicto  
mendari  
cis in tali  
riis modis  
ce clara, vt  
liquo mo-  
bit, quòd  
femoris a-  
similiter  
quod im-  
mors, opo-  
tiam tuar  
enim de q-  
ne & adda  
& acciper  
nis fidelis  
tur ad id s-  
test, dica  
sponde (A  
ris quæ in  
clusis circ  
liqua pec-  
locum ha-  
sisse, eum  
& vsus r-  
majoris

morbo opprimuntur, qui statim mentem eripit, vel obfuscat) præter ea quæ sine ipso fieri posse dicuntur. cap. 17. prædicto ( quæ peculiari ratione commendari debent assistentibus, vel amicis in tali statu morientis) appellet variis modis ægrotum, & si oportebit voce clara, vt excitet eum, & si cuigilabit aliquo modo, vel utcumque signum dabit, quodd intelligat, quæ dicuntur, semotis arbitris, dicat qui iuuat, hæc vel similia verba; Aduerte frater charissime, quod imminet tibi admodum vicina mors, oportet vt excites te, & conscientiam tuam a peccatis expurges: agitur enim de æterna tua salute vel damnatione & addat, Vis ne confitemi peccata tua, & accipere reliqua sacramenta, vt omnis fidelis Christianus debet? & hortetur ad id si annuit, nec tamen loqui potest, dicat qui iuuat, per nutus mihi responde ( si non potes per verba) an feceris quæ interrogabo & proponat ei, exclusis circumstantibus, vt dictum est, aliqua peccata, quæ verisimile est in ipso locum habuisse: & si annuit se admisisse, eum absoluat, si tempus id patitur & vsus rationis, interroget al qua alia majoris momenti: & siue nutibus si-

*Appel-  
landus  
ægrotus  
varie,  
vt exci-  
tetur.*

*Mors  
immi-  
nens si-  
gnifice-  
tur, &  
confes-  
sio elici-  
atur sal-  
tem nu-  
tibus.*

*gnifi-*

nificet se admiffisse, fiue non, perat an habeat aliquid alienum quod debeat: & si annuit, perat an velit: vt hæredes re examinent: & soluant quod debet: si annuit: vocentur hæredes: vel aliquis eorum, vel saltem testes, vt hoc illis committatur, dicente eo, qui iuuat, committis tuis hæredibus, vt examinent, si quid debes, & primo queque tẽpore soluant, si quid alienum inuenerint te habere? & illo annuente, deũd extra mittatur: & hortando morientem ad dolendum de peccatis, vt oportet, (si enim facit quod in se est, cũ loqui non valeat) absolutionem det illi, tam a peccatis, quã a censuris Si recuperata, vel non amissa voce, dixerit se velle confiteri, & sacramenta reliqua suscipere, hortetur Sacerdos, vt dicat sua peccata, incipiendo ab eis, quæ magis eius conscientiam præmunt: & si non benè a seipso confiteri poterit, interroget ipse, incipiendo ab iis, quæ maioris sunt momenti, & in illo locum posse habere probabile est: & quã breuiter poterit, se expediens (præsertim si deficere hominem obseruat) & ad contritionem habendam de offensis Dei charitate informatam, & non tantum ob timorem seruilem, &

ad

*quid agendũ,  
cum lo-  
qui po-  
test ali-  
quid qui  
mori-  
tur.*

ad dolendum  
nimo dolentium  
tionem ei  
pere viaticum  
a Parochia  
extremam  
tur posse  
rimetur,  
& extrema  
restitutionem  
statim eam  
dictum est  
loco, quã  
ciat. Item  
committatur  
mentum,  
tam clarum  
sit testam  
videat qui  
re id facer  
morienti,  
bona ven  
sunt, an v  
ægrotus fa  
bus confit  
faciant, c  
videbunt  
sermonis

ad dolendum, quod non magis ex animo doleat, seridè hortando, absolutionem ei impendat: & si potest accipere viaticum sanctissimæ Eucharistiæ, à Parocho adferri curet: & post illud, extremam vñtionem. Si non videbitur posse deglutire sacramentum, vel rimetur, quod euomet, illud adoret, & extremam vñtionem sumat, & si ad restitutionem aliquam teneretur, vel statim eam faciat, si potest, vt superius dictum est, vel cõmittat alicui, vt ipsius loco, quàm primum fieri possit, eam faciat. Item si eleëmofynas possit facere, committat vt fiant & si non fecit testamentum, nec videtur habere iudicium tam clarum, vt illud facere possit, ita vt sit testamentum, non deliramentum, videat qui iuuat, & tractet (si potest securè id facere) cum aliquo ex coniunctis morienti, an sit melius, vt ab intestato bona veniant ad eos ad quos ventura sunt, an vt testamentum breuissimum ægrotus faciat deputando aliquos, quibus confiteri possit, vt ipsi in particulari faciant, quæ facienda esse in Domino videbuntur. Quòd si, antequam usum sermonis & mentis amitteret, petiit

*De testamento totali.*

*De sacramentis confederatis.*

sacramenta, ac verbis, vel signis (vt puta manus elevando, vel pectus tundendo) post amissum vocis usum contritionem ostendit, licet magnus fuerit peccator, præsumitur contritus, & potest ei dari Eucharistia (si speratur, quod eam deglutiet, ac retinebit) & extrema unctio & absolutio à censuris, sicut etiam à peccatis, si vel vnum confessus est verbo, vel nutibus. Si tamen publicus usurarius fuisset, non debet recipi ad confessionem, vel alia sacramenta (licet contritionem ostendat) antequam ipse, vel hæredes eius restituant vsuras, vel promittant, vel dent cautionem, prout iura disponunt. Quod si iudicium non erit sufficiens ad contritionem habendam, nec eam prius ostendit, vt par erat, petatur an aliquod interuallum lucidum habere soleat, vel speretur à medico quòd sit illud habiturus (vt posset fieri cessante febris vigore) & tunc redeat qui iuuat, ad subueniendum ægroto, vt supra dicitur, vel inde non recedat, donec adnitatur in meliorem statum morientem reducere, quoad eius fieri poterit, & interim, quæ ab aliis sine ipso fieri posse diximus, diligenter curet vt fiant.

*De com-  
muniõ-*

Si cõfessus iam fuisset, qui sic dispositus

Eos

tus inuenit  
Eucharistia  
adferatur te  
quo habue  
quamuis ta  
potest ei via  
est) non tim  
Sancti Sacra  
glutire non  
compos me  
ctionem vol  
omnia Sacra  
niebat, sibi  
tionem salte  
faciendi, e  
facere debet  
ei extrema v  
recto menti  
cunque aure  
saltem ad in  
set, loqui,  
nem, vt di  
corde: Mis  
magnam m  
lud. Non i  
tuo Domin  
ne, quia pec  
alia ex eis,  
tritione sup

tus inuenitur, & tamen non sumpſiſſet *ne* <sup>o</sup>  
 Eucharistiæ ſacramentum, curetur vt ei *extrema*  
 adferatur tunc, vel cum interuallo ali- *unctio-*  
 quo habuerit meliorem vſum mentis, *ne*  
 quamuis tamen non habeat meliorem,  
 poteſt ei viaticum conferri, ſi (vt dictum  
 eſt) non timeatur vomitus, vel reiectio  
 Sancti Sacramenti, vel quod illud de-  
 glutire non valeat, & ſi dixit, cum eſſet  
 compos mentis, quòd extremam vn-  
 ctionem volebat, vel in genere, quòd o-  
 mnia Sacramenta, vel quicquid conue-  
 niebat, ſibi dari poſtulabat: vel contri-  
 tionem ſaltem oſtendit, & voluntatem  
 faciendi, quod vt fidelis Chriſtianus  
 facere debebat, ſuo tempore adferatur  
 ei extrema unctio, licet iam non vtatur  
 recto mentis iudicio, ei detur. Quo-  
 cunque autem tempore capax videbatur  
 ſaltem ad intelligendum, licet non poſ-  
 ſet, loqui, excitandus eſt ad contriti-  
 onem, vt dicat ore & corde, vel ſaltem  
 corde: Miſere mei Deus, ſecundum  
 magnam miſericordiam tuam: vel il-  
 lud Non intres in iudicium cum ſervo *Ec ex-*  
 tuo Domine: vel, Parce mihi Domi- *citatio-*  
 ne, quia peccaui nimis in vita mea: vel *ne ad*  
 alia ex eis, quæ cum ageretur de con- *contri-*  
 tritione ſuperius dicta ſunt. Licet au- *tionem.*  
 tem

tem fit iam confessus, si vsum adhuc habet aliquem rationis, & vocis, quamuis exiguum, petatur ab eo, semotis etiam arbitris, an aliquid habeat, quod conscientiam grauet, cuius non meminisset, dū confiteretur, vel in quo non est quietus eius animus, vt superius ca. 8 dictum est, & si fit aliquid, quod expediat confiteri, poterit eum reconciliare; si est restitutio, vel quid aliud faciendum, curet vt fiat, quemadmodum superius dictū est. Suggestat etiā ei vt protestetur, se velle viuere, & mori in fide catholica, & vniōne Sanctæ Matris Ecclesiæ Romanæ: quodque sperat in misericordia Dei, quod per IESU Christi passionem, ac mortem, si sua condonabit peccata, & ad vitam æternam perducet, & verbis præire poterit ipse qui iuuat, vt alibi diximus, sed hic concise & breuiter magis: & sequatur eum ægrotus ore, vel saltem corde. Quod attinet ad ea, quæ ad charitatem mouent, si capax erit, aliqua dicatur ex his, quæ cap. 7. sunt dicta & sic de aliis, quæ cum benè dispositis diximus posse obseruari, semper habita ratione personæ, & vltus rationis, & linguæ, quam habet: sed imprimis vt in corde & ore habeat nomen iesu, & ei se, com-

mca-

mendet, & Angelis, ac Suerter, quafant, de quobseruandum videtur haberecentur, quiri, vt interuallumaborat, vt ali& tunc nullati debet, quicessaria, suggabsolutionecestorum verfiteri.

*Quid agend*

*rationis,*

*te*

*C A*

**A**ccidit a  
cio quic  
tate fit benè  
sed tempore  
posset, cū q  
vel vtcunqu  
vel delirium



mendet, & Beatissimæ ipsius matri, & Angelis, ac Sanctis, deinde ad ea se converteret, quæ sine ipso ægroto fieri possunt, de quibus cap. 19. Illud autem est observandum, cum moriens iam nullum videtur habere usum rationis, & illa exerceatur, quæ diximus sine ipso posse fieri, ut interim consideretur, an aliquod interuallum habeat, qui in extremis laborat, ut aliquid boni possit ei suggeri: & tunc nulla occasio, licet exigua, omitteri debet, quia ei, quæ maximè sunt necessaria, suggeratur: & imprimis, ne sine absolutione decedat, si vel vnicum peccatorum verbo, aut nutibus potuit confiteri.

*Quid agendum, cum ægrotus usum habet rationis, & sermonis, sed est breue tempus ei reliquum.*

C A P I T U L U M X V I.

**A**ccidit aliquando, ut ægrotus iudicio quidem, & sensibus, ac voluntate sit benè dispositus, ut iuvari possit, sed tempore destituitur: ut contingere posset, cum quis vulneratus est lethaliter, vel utcumque, cum timetur, ne mors, vel delirium brevi succedat, tunc euoca-

tus